Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26281
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quam multę quas putaueras frugęs diligenter inspectę. uepręs
potiuś apparebunt. immo ne uepręs quidę. annosę et
ueternosę arboręs sunt. si non pfecto fructiferę. nisi forte
glandiū & siliquarū quas porci manducant. Quo usq; occu
pant tram. Nonne si ęris & cernis ista. pudebit ociosam
iacere securim. pudebit sine causa falcem apostolicam
accepisse. In hunc quondam agrum ysaac patriarcha
exierat. cum primo rebecca occurrit ei. ut scriptura
habet. exierat ad meditandum. Ille ad meditandum. tu
tantū ad exurpandū egrediaris necesse est. Tibi iam pre
cessisse meditatio debet. tempus faciendi pre manibus.
Si nunc hesitare incipias. id quidę sero. ante iuxta consiliū
saluatoris sedisse debueras. ante estimasse opus. metiri in
res. ponderasse sapientiam. merita comparasse. sumptus
computasse uirtutū. age ergo puta tempus putationis
adesse. si tam meditationis piium. Si cor mouisti. mouen
da iam lingua. mouenda est manus. decingere gladio
tuo. gladio spē. quod est uerbum dei. Glorifica manum
& brachium dextrum in faciendo uindictam in nato
nibus. increpationes in pplis. in alligando reges eorū
in compedibus. & nobiles eorum in manicis ferreis.
Si facis hec. honorificas ministerium tuum. & minis
terium te. Non mediocris iste principatus.
Exturbare est hoc malas bestias a ter